fuit, quod ista sunt extra terminos supradictæ resolutionis, quæ est restricta ad testes vigore Remissoriæ examinatos, cōtra quos licet plures nullitates opponerentur, tamen sub die 14. Decembris præteriti fuit super eis particulariter resolutum, quod vivi repetantur, & quod de mortuis habeatur ratio arbitrio Dominorum, adeo ut sufficiat hodie firmare quod ipsi concludant in dicto, quia de reliquis postea videbitur, & ex his cessat etiā quod depositiones istorum testium non sint attendendæ in concursu cum testibus, & alijs probationibus D. Archiepiscopi, quia de hoc quoq; si opus fuerit particulariter videbitur.

Neque subsistere, quod testes prædicti non percutiāt tempus ante motam litem, quia fuit responsum, quod ut plurimum supradicti testes, ut patet ex eorum lectura, de dicta possessione deponunt ab annis 59. licet aliqui deponant etiam ab annis 70. 78. & 80. Vnde admissio etiam sine veri præiudicio, quod huiusmodi lis fuerit mota anno 1572. vel 1574. tamen cum supradicti testes fuerint examinati anno 1614. satis relevant ad istum effectum, maxime quia omnes à dicto tempore deponunt per verbum citra cum copula, et, vel per alias dictiones denotantes temporis cōtinuationem, quod sufficit, *Bar. in l. 1. §. quod autem sub num. 1. ff. de aqu. quotid. & aest. Felyn. in cap. licet causam, num. 8. vers. vel dicas de probat. cum alijs dicta die 17. Iunii 1616. in decisione deductis.*

Minus obstat quod primus testis deponat tantum de oblationibus, non autem de primitiis, & sextus restringat se ad duas Ecclesias Parochiales: nam quo ad primitias, & alias Ecclesias isti suppleri debent ex alijs de illis explicitè deponen. *Alex. cons. 236. num. 6. lib. 6. Paris. cons. 51. num. 13. lib. 3. Gabr. de testib. conclus. 6. num. 10. & seq. Caputaq. decis. 206. num. 5. par. 2.*

Nec demum refragari quoad alteram partem decisionis, quod scilicet adminicula in ea ponderata sublata fuerint: *In decisionibus die 29. Aprilis 1613. & 21. Iunii eiusdem anni* ad favorem D. Archiepiscopi factis, quia, ultra quod de testibus anno 1594. in causa inter D. Archiepiscopum, & Comitem de Olivares examinatis, & de eadem possessione Beneficiatorum deponētibus, in dictis decisionibus nihil fuit dictum, qui tamen non obstante, quod fuerint examinati in alia causa, & inter alias personas faciunt magnam præsumptionem,

Glos.

Glos. fin. in l. 2. & ibi Angel. in fin. vers. quod autem dixi, Dec. num. 45. & seq. C. de edem. Felin. in c. causam, il. 1. num. 19. de testib. cum alijs d. die 17. Iunij 1616. in decisione ponderatis, Placuit responsio, quod licet quælibet ex illis per se esset minus legitima, benè tamen potest deservire ad coadiuvan. probationem possessionis Beneficiatorum, Alex. d. conf. 236. num. 6. lib. 6. & facit regula quod singula, quæ non profunt simul iuncta iuvant, & ex pluribus probationibus imperfectis sufficiens probatio resultare potest, Ex tradit. per Gabr. de probat. conclus. 1. cum similibus.

Nu. 16. **P**OR parte del señor Arçobispo se dixo de nullidad contra las probanças hechas por parte de el Canonigo Bujá, y se determinò en favor de el señor Arçobispo en 11. de Março 1620. Y se confirmò en 20. de Diziembre de el dicho año, como consta de las decisiones.

Alega el
S. Don
Pedro d.
Castro cõ
tra la 2.
probãça
delos Be
neficia-
dos, y se
declara
contra e
llos e dos
decisio-
nes.

R. P. D.

PAMPHILIO HISPALEN. PRIMITIARVM.

Mercurij 11. Martij. 1620.

DOMINI QVAD TESTES SECVNDI
examinis censuerunt, arbitrium non intrare, nam vltra quod omnes de mandato Canonici Buxan Iudicis formiter vti suspecti recusati sine Interrogatorijs, & sine coniudice nulliter examinati fuerunt, quo casu pro illorum sanatione arbitrium non intrare ex pluribus die 16. Februarij 1618. In alia decisione super testibus primi examinis latè deductum fuit; Quoad istos concurrit vltèrius, quod Notarius pro parte Beneficiatorum nominatus eos examinavit solus sine alio Notario Archiepiscopi contra formam remissoria, & non obstante quod pro parte eiusdem Archiepiscopi fuisset iuratus suspectus, quo casu testes dicuntur nulliter examinati, Caputaq. decis. 64. num. 1. & 2. par. 3. & pro illorum sanatione arbitrium non intrat, Idem Caputaq. decis. 292. par. 3. Et tanto minus, quia in casu isto contra eundem Notarium plures aliæ vehementes suspensiones falsitatis pro parte Archiepiscopi deducuntur, quæ in civilibus plurimum attenduntur, & sufficiunt ad tollendam fidem probationibus,

Confir-
mose en
9. de Di-
ziembre
de 1620

Aym.

Aym. cons. 134. num. 26. Cephal. cons. 287. num. 7. & seq. Curt. Iun. cons. 178. num. 17. in fin. Pedemon. decis. 117. num. 7. Caputaq. decis. 298. lib. 1. in manuscript. & fuit dictum in causa Lunen. Sarza-

nen. Iurisparronatus 31. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Penia. up.
Nec obstat, quod Cononicus de Boamude Iudex pro parte Archiepiscopi nominatus in termino receptionis iuramentorum, & examinis testium interpellatus non comparuerit, & propterea iudex Beneficiatorum solus procedere potuerit; Quia placuit responsio quod dictus Cononicus deputationem non acceptavit, nisi consentiret Archiepiscopus, qui dicitur noluisse consentire propter interesse ipsius Canonici, ideoq; visum fuit quod iuxta tenorem deputationis esset requirendus Guardianus Sancti Francisci alter iudex pro Archiepiscopo nominatus.

Neq; obstat, quod recusationes pro parte Archiepiscopi fuerint calumniosæ, & frivolæ, quia recusatio respectu Iudicis legitur facta propter interesse, & nimiam amicitiam ipsius Iudicis cum Beneficiatis, quæ causæ sufficientes reputari solent, ut de interesse, *Trad. Abb. in cap. causamq; il. 2. in princ. & ibi alij Doct. de iudic. Marant. de ordin. iudic. part. 6. cap. penult. num. 46. in 15. causa, & fuit dictum in causa Gerumden. Administrationis quæ est decis. 93. num. 2. par. 1. divers. & de nimia amicitia Bart. in tract. de iudic. suspect. in princ. Calderin. consil. 7. de appellat. & sufficit ad istum effectum, quod causæ allegatæ sint tales, quæ si probatæ essent sufficientes reputarentur, Caputaq. decis. 391. par. 2. & decis. 7. par. 3. cum alijs dicta die 16. Februarij 1618. In decisione allegatis, Quo verò ad Notarium plures causæ similiter contra eum deductæ fuerunt, & in omnem eventum fuit pro responsione ponderatum, quod in illius recusatione nõ requiritur alia expressio causæ, sed sufficit iuramentum, Bald. in c. super questionum, sub num. 2. vers. pone quod Notarius, de offic. deleg. Alex. cons. 104. num. 3. lib. 5. Caputaq. d. decis. 64. num. 4. part. 3. & fuit dictum in dicta decis. 93. num. 2. par. 1. divers. Nec demum obstat, quod Notarius nominatus pro parte Archiepiscopi fuisset uti suspectus pro Beneficiatis recusatus; Quia non sequitur propterea quod Notarius Beneficiatorum posset solus examinare; maximè cum ipse quoque pro parte Archiepiscopi fuisset iurat suspectus, quod sufficit ad excludendum arbitrium pro sanatione dictorum testium, & tanto magis stantibus alijs nullitatibus, & suspicionibus contra Iudicem, & eundem notarium, ut supra deductis.*

Et ita decisum.

R.P.D.

PAMPHILIO HISPALEN. PRIMITIARVM.

Mercurij 9. Decembris. 1620.

IN DECISIS, QVOAD NVLLITATEM
 examinis testium, de quibus agitur, nempè arbitriū
 non intrare pro illorum sanatione, quia non solum
 omnes de mandato Canonici Buxan Iudicis formiter vti
 suspecti, recusati sine Interrogatorijs, & sine Coniudice nul-
 liter examinati fuerunt, sed etiam illorum depositiones simi-
 liter scriptæ fuerunt à solo Notario Beneficiatorum, qui plu-
 res suspensiones falsitatis patitur, & pro parte Archiepiscopi
 suspectus iuratus fuerat, *Vt per Caputaq. decis. 292. par. 3. cum*
alijs tam super testibus primi examinis sub die 16. Februarij
1618. quam super istis sub die 11. Martij præteriti in decisio-
nibus deductis. Ex quibus etiam patet recusationes tam
respectu Iudicis propter interesse, & nimiam amicitiam cum
Beneficiatis, quàm respectu Notarij non fuisse calumniosas,
& frivolas, sed satis superq; relevantes, maximè quia ad istum
effectum sufficiunt causæ, quæ si probatæ essent, legitimæ re-
putarentur, & in recusatione Notarij sufficit allegatio suspi-
cionis, quæ solo iuramento probatur, Bald. in c. super questio-
num, sub num. 2. vers. pone quod notarius, de offic. delegat. Caputaquen.
decis. 64. num. 4. par. 3. cum alijs dicta die 11. Martij præteriti
in decisione allegatis, & trad. Boer. decis. 258. num. 7. circa fin. Ro-
ta in causa Cesaraugustana Status, quæ est decis. 604. num. 1. par. 1.
divers.

Nec obstat, quòd causa circa interesse verè non subsisteret;
 Quia hoc visum fuit cessare, stante ynione beneficiorum
 ad favorem Capituli, & Canonatus ipsius Iudicis, & quod
 ipse est Beneficiatus del Pedroso, qui propterea participare
 debebat de primitijs, & oblationibus, de quibus agitur, ex
 pluribus per Informantes pro parte Archiepiscopi in facto
 deductis.

Prout etiam visum fuit cessare, quod cum Beneficiati sint
 in lite vti vniversi, nimia amicitia quoad eos verisimiliter cō-
 siderari non possit. Nam ultra quod ad istum effectum suf-

11
ficeret nimia amicitia cum singulis, ex quo ipsi ut singuli commodum istarum primitiarum, & oblationum percipiunt, ut in simili de testibus, qui in causa Universitatis repelluntur ubi commodum ad eos ut singulos spectat, *Surd. post relat. cons. 65. num. 8. & decis. 236. num. 3.* & fuit dictum in causa *Narnien. Confinium 18. Decembris 1606. coram R. P. D. meo Decano, & in causa Civitatis Castellane Iuris pascendi 25. Februarij & 26. Novembris 1611. coram R. P. D. meo Cavalerio*; Placuit responsio quod immo nimia amicitia cum Universitate Beneficiatorum considerari, & probari possit, ex eo fortasse, quod illa Universitas aliquod beneficium à Iudice, vel è contra, Iudex ab Universitate receperit, vel alia simili causa, quod sufficit, ut dictum est.

Et in omnem eventum fuit etiam pro responsione ponderatum, quod post huiusmodi recusationes non poterat simpliciter ad ulteriora in examine procedi, sed prius saltem eligendi erant arbitri, qui huiusmodi causas suspicionis cognoscerent, *c. secundo requiris. §. tertio postulas, de appellat. c. si contra unum ex duobus, de offic. delegat. lib. 6. Innoc. in c. cum speciali, num. 2. de appellat.* cum alijs sub dicta die 16. Februarij 1618. in decisione in hac causa facta deductis.

Neque subsistit, quod Canonicus Boamonde primus Iudex Archiepiscopi pro parte Beneficiatorum requisitus fuerit, & acceptaverit, & cum post modum adesse non curaverit, Dictus Canonicus Buxan solus procedere potuerit, quia immò dictus Canonicus Boamonde respondit per verba de futuro, quod ipse acceptabit, si Archiepiscopus voluerit, qui propterea cum non acceptaverit simpliciter, saltem ex forma remissoriæ requirendus erat secundus Iudex, nempe Guardianus Sancti Francisci, qui tamen non fuit requisitus, nisi die 13. Februarij 1614. Sicque postquam Canonicus Buxan solus Iuramenta Testium iam sub die 3. eiusdem receperat.

Minus subsistit quoad recusationem Notarij, quòd illa emanaverit die 14. Aprilis; testes autem examinati fuerint die 19. Februarij præcedentis; Quia immo huiusmodi recusatio legitur facta eadem die 19. Februarij in audientia de serò, qua fuit commissum examen ideoque recusatio censetur præcessisse examen, quia aliàs octo testes in eadem hora
post

post commissum examen ante recusationem verisimiliter examinari non potuerunt, & die 14. Aprilis fuit reproducta recusatio iam antea facta dicta die 19. Februarij præcedentis, quam tunc Iudex admittere noluit; Quo verò ad suspensiones eiusdem Notarij non obstat, quòd illæ provenerint ex ipsius confessione, & condemnatione post perfectum examen. Quia ultra quod etiam antea plures suspensiones contra ipsum adesse poterant, ad istum effectum excludendi arbitrium, sufficit, quòd illæ emanaverint etiam post perfectum examen; maximè concurrentibus alijs nullitatibus, de quibus supra, & in alia decisione dictum est.

Nec demum obstat, quod testes fuerint examinati sine Interrogatorijs culpa ipsius Archiepiscopi, ex deductis enim apparet, quòd pro parte Archiepiscopi illa fuerunt data eius Notario, qui cum fuisset reiectus pro parte Beneficiatorum, ea præsentare non potuit, nec apparet quod Archiepiscopus ad dandum Interrogatoria, fuerit amplius post modum requisitus, prout requirebatur; Ultra quod adsunt aliæ nullitates, quæ sufficiunt ad effectum de quo agitur.

Verum quia pro Beneficiatis dicebatur, testibus etiam nulliter examinatis aliquam fidem in pluribus casibus de Iure adhiberi posse, Domini supradictæ resolutioni addiderunt, quod an dictis testibus aliqualis fides sit adhibenda, considerabitur in disputationibus dubiorum principalium. Et ita &c.

Nu. 17. **E**L Señor Don Pedro de Castro insistiò en que se le diesse a su Señoria Illustrissima y a sus Curas mandamiento de Manutencion segun su demanda; Y en 13. de Mayo de 1622. Saliò decision ante Monseñor Navarro, en que se determinò, *Dandum esse mandatum de manutenendo quad oblationes ratione administrationis Sacramentorum, quo verò ad oblationes ad pedem altaris, & ratione funeralium nec non primitijs particulariter videatur.* Y en esta decision se refieren y recopilan todos los derechos de entrambas partes, y se responde en particular à todos los deducidos por los Beneficiados en esta causa desde su principio.

Viose fobre el armandamiento de manutencion á los Curas: y mādase dar por las oblationes sacramentales. Y que de las de pie de altar y primitias reuideatur.

R. P. D.

NAVARRO HISPALEN. PRIMITIARVM.

Veneris 13. Maij 1622.

DOMINI censuerunt, dandum esse mandatum de manutenendo, D. Archiepiscopo, & Curatis, quoad oblationes ratione administrationis Sacramentorum: quo verò ad oblationes ad pedem altaris, & ratione funeralium, nec non primitijs, particulariter videatur.

*Funda-
mētos de
esta deci-
sion.*

Moti sunt Domini, quia constat de possessione Archiepiscoporum antecessorum, ac Curatorum ab eis Deputatorum, quæ etiam successoribus suffragatur, nam dicitur acquisita dignitati, & officio Rot. in recent. decis. 623. num. 2. par. 2. & decis. 390. num. 2. vers. quod autem, part. 1. diu. & fuit dictum in Papien. Iurispatronatus 8. Martij 1613. coram R. P. D. meo Manzanedo. probaturq; de tempore motæ litis, ut merito sit manutenenda §. hodie, §. retinendæ. Instit. de interdict. Bart. in l. 1. §. quod ait prætor, num. 14. & 18. ff. vti possid Menoch. de retin. remed. 3. num. 556. Seraph. decis. 1106. num. 1. & fuit sapientissime dictum.

Probatio resultat ex textibus in sumat. Archiepiscopi nu. 2. & ex alijs datis in hac causa, de quibus in decisionibus factis coram R. P. D. meo Pamphilio 4. Iulij 1612. & 29. Aprilis, & 21. Iunij 1613. inter recent. decis. 480. & 511. par. 1.

Et confirmatur ex assistentia iuris ad favorem Archiepiscopi. Oblationis namque verbum, licet largo sumpto vocabulo contineat quælibet actum, per quem aliquid alicui offertur, propriè tamen ad illud tantum referri videtur, quod ad cultum Dei Ecclesiæ, & Sacerdoti, tanquam medio inter Deum, & populum exhibetur, c. quia Sacerdotes, 13. c. Sanctorum 14. & c. seq. 10. quæst. prima. Et licet plures sint oblationum species, de quib; per Marian. Socin. in tract. de oblat. libell. 1. de his tamē tractatur, quæ in vñs Ministrorum exponuntur, & istæ sunt de iure Parrochiali dicto c. quia Sacerdotes, & d. c. Sanctorum, 10. quæst. 1. & admonet lex Regia Castellæ 6. tit. 19. part. 1. per rex. in c. doctos & c. moderamine 16. quæst. 1. Ecclesia enim Parrochialis habet fundatam intentionem de iure communi super omnibus proveniuntibus intra Parrochiam, c. statuimus, c. in sacris, c. decimas 16. q. 1. c. pastoralis, de his quæ fiunt à Prælat. c. ad audiētiā de Eccles. edific. Abb. Barb. & Imol. in d. c. Pastoralis Decian. conf. 16. lib. 2. num. 8. Ferret. conf. 143. n. 4. Ioan Gutierrez. quæst. Canon. lib. 2. cap. 21. num. 139. Marc. Ant. var. resolut. 112. cas 2. Troil. Malver. de oblat. 4. dub. num. 29. Marian. Socin. d. tract. libell. 18. num. 9. & 10. Rebuff. in tract. de decim. q. 1. num. 29. Borgnin. decis. 17. num. 71. part. 2. Franc. Marc. decis. 385. n. 2. par. 2. Pedemot. decis. 99. n. 2. & fuit dictum in Beneventana spolijs 2. Decembris. 1587 coram Orano. & in Aquilana nullitatis erectionis coram R. P. D. meo Pirovano 20. Decembris 1610. inter recent. decis. 256. part. 1. Adeo ut procedat etiam si oblationes fierent in Capellis, ubi erecta essent distincta beneficia, quia nihilominus Parrochiali, & Parrocho non Cappellis, & Beneficiariis cederent, Abb. d. c. Pastoralis n. 2. Socin. dicto tract. & libell. num. 10. Fuscus de visit. lib. 1. c. 24. num. 12. Malver. d. dub. 4. n. 29. & seq. Grass. decis. 16. n. 6. Rot. dec. 256. par. 1. & dec. 368. num. 2. par. 2. recēt. & in hac eadem causa inter recent. d. decis. 480.

Quia propter administrationē Sacramentorum sunt debita Host. in summ. tit. de Parroch. n. 3. vers. & hæc Presbytero Abb. in c. extranmissa num. 5. Roman. conf. 356. n. 3. vers. idē in oblationibus, Ioan. And. in c. cū qui. n. 3. vers. sed Ioann. de Deo Anchar. n. 3. vers. circa hoc Gemin. in §. insuper n. 9. vers.

13
vers. quid de Clerico Cappellæ, Franc. ibidem n. 4. vers. item illa de Præb. in
6. & ideo cum D. Archiepiscopus Hispalen. sit solus Parochus in sua Dioce.
quod non controvertitur, illi, & ab eo deputatis est debita manutentio, quia
isti dicuntur possidere, nō sibi, sed Archiepiscopo, iuxta trad. per Vitallin. in
Clem. vnic. n. 23. de offic. Vic. Lap. alleg. 5. n. 8. vers. secus in temporalibus.

Prædictis accedunt pro adminiculo depositiones Testium plus quā 150.
ad favorem Curatorum, contra singulos Beneficiarios factæ, & sententiæ ad
favorem Curatorum emanatæ, etiam ante litem motam, summ. Archiepis-
copi num. 3. quibus multum esse deferendum, tradunt Doct. in c. cum super
de re iud. & in l. sepé ff. eod.

Quamplurimæ licentiæ ab anno 1524. citra, datæ per Archiepiscopos pro
tempore, qui dum deputabant Curatos pro administratione Curæ, assigna-
bant pro eorum Salario obventiones, emolumenta, & iura Parrochialia,
summario Archiepiscopi n. 4. quorum nomine venire huiusmodi oblatio-
nes, fuit firmatum in d. decis. 480. n. 1. part. 1. in recent.

Nec non repartitio excusati, & subsidij ab anno 1567. citra summario Ar-
chiep. n. 5. vbi inter redditus Curatorum ponuntur obventiones, quibus in
repartitione iniungitur onus solvendi subsidium, & excusatum pro istis fruc-
tibus: signum quod illas percipiunt, quia collecta est onus fructuum, neque
collectatur, nisi qui illos percipit, Mantie. de tacit. lib. 11. tit. 18. n. 14. 15. 16.

Datur etiam Prothocollum factum auctoritate ordinaria, de anno 1559.
summ. Archiepiscopi n. 6. in quo adnotatis omnibus redditibus singulorum
beneficiorum Diocesis pro Beneficiatis, non adnotatur nisi participatio ter-
tiæ partis Decimarum, ex quibus inferitur, quod si percepissent oblationes,
illæ fuissent adnotatæ sicut decimæ l. cū Prætor ff. de iudic. cum. concord.

Neque obstare dixerunt obiectiones, quæ contra supradicta adductæ fue-
runt pro Beneficiatis.

Nam quoad exceptiones personales, quæ dantur septem, ex 49. testibus
pro D. Archiepiscopo examinatis, in iudicio manutentionis non admitun-
tur, Covar. pract. qq. c. 17. n. 4. vers. septimo, Peregr. de fideic. art. 46. num. 34.
Rot. divers. decis. 28, num. 4. & 9. part. 1. & in proposito neque iustificantur
in facto, & alij sufficerent pro manutentione.

Nec relevat, quod testes sint singulares, quia agitur de probāda quasi pos-
sessione in genere, quo casu sufficiunt Neviz. cons. 8. n. 14. Menoc. de retin.
rem. ult. n. 34. Seraph. decis. 1411. n. 2. Rot. in recent. d. decis. 511. n. 8. part.
1. ultra quod de aliquibus locis deponunt plures testes contestes.

Minus obstat, quod testes nō deponāt generaliter de omnibus locis Dioc.
Hispalen. sed de aliquibus locis particularibus, quia cum causa quæ habet
Archiepiscopus proveniat ex assistentia iuris communis, ut supra firmatum
est, in tota Civitate, & Diocesi. Hispalen. cuius solus Parochus est Archie-
piscopus, quasi possessio probata de locis particularibus, extenditur ad om-
nes alios in eadem Diocesi compræhensos, Oldrad. cons. 267. n. 10. Aym.
cons. 55. nu. 1. vers. sed respondeo, & de antiq. temp. part. 4. sect. 1. nu. 57. &
seq. cum alijs adductis, in decis. 17. n. 2. p. 2. diu. & in recent decis. 480. num. 2.
Ea ratione quod magis attendi debet causa actus, quæ est universalis, quam
ipse actus. Bald. in l. 1. n. 24. vers. tu dic. de emancip. liber. Aym. cons. 75. u. 15.

Nec subsistit, quod testes D. Archiepiscopi deponant de perceptione Cu-
ratorum, qui erāt etiam Servitores, & Beneficiati, & sic oblationes percepe-
runt vti Beneficiati, non vti Curati. Quia ultra quod non omnes ita deponūt,
imo aliqui dicunt, quod ceperunt vti Curati, Cæteri, cū non distinguant,
an vti Curati, vel Beneficiati ceperint, censentur illas percepisse vti Cu-
ratos, & secundum iuris dispositionem Aym. cons. 284. n. 6. Caput. decis.
226. n. 2. par. 2. & fuit dictum in Iuvenacen. præminentiarum 22. Aprilis
1622. coram R. P. D. meo Cavalerio, & in sæpius alleg. decis. 480. part. 1. in
recent. n. 3. talis enim præsumitur possessio, qualis est titulus qui præcedit,
l. quædam mulier, & ibi Bal. ff. de rei vend. Mantie. decis. 3. num. 6.

Neque obstant Constitutiones Synodales, ad ductæ pro Beneficiatis ad probandum titulum ex iure speciali, qui magis attendi debet, quam assistentia iuris Communis pro D. Archiepiscopo, & Curatis, ad trad. per Aym. conf. 238. num. 7. Maximè cum sint intitulati in Ecclesijs ex Caput. dec. 306 part. 3. Seraph. decis. 908. num. 3. & 4. & alijs ad ductis in Ciuitateñ. Decimarum 26. Martij 1618. coram R. P. D. meo Verospio, quia in eisdem decisionibus, & signanter coram Seraphino sub num. 8. firmatur assistentia iuris ad fauorem Curatorum, & Beneficiatis resistere, vt fuit etiam ex superius allegatis comprobatum, & iura prædicta procedunt, quando titulares inseruiunt Curæ, & administrant Sacramenta, quæ seruitia Beneficiati præstare non debere præstare.

No está probada la posesion por los Beneficiados por las constituciones Synodales.

Possessionem autem Beneficiorum Domini existimarunt, non esse sufficienter probatam, singula pro eorum parte adducta ponderando.

Nam constitutiones Synodales editæ de anno. 1555. summ. Benefic. num. 5. sunt satis dubiæ, & æquiuocæ, non loquuntur de oblationibus debitis ratione administrationis Sacramentorum, & exercitij Curæ, & verba de Clericis Parrochialibus potius intelligenda sunt de Curatis, quibus parochiæ Cura imminet Rot. in recent d. decis. 511. num. 7.

Alia constitutio de anno 1572. d. summ. num. 5. disponit de quantitate pecuniarum, quam habere debent Clerici Parrochiales pro velatione sponsaliorum, quæ fiunt in Ecclesijs, & super eodem disponit aliæ de anno 1586. 1604. Quæ proterea, vel loquuntur de Curatis d. decis. 511. num. 7. vel saltem sunt æquiuocæ, & proterea deferuire minimè possunt pro Beneficiatis. l. neque natales 10. de prob. cum concord. & duæ ultimæ de anno 1586. & 1604. sunt editæ lite pendente, quæ fuit coepta de anno 1572. vt firmatur sub die 21. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pamphilio, & probatur ex summ. actorum Archiepiscopi num. 1. ex quo inuersimile est, quod Archiepiscopus qui litem prosequeretur, per Constitutiones Synodales contra se terminasset, ut aduertit Rota in d. decis. 511. num. 3. & propterea sunt intelligendæ de Curatis.

Ni por las probanzas antiguas

Nec testes examinati in partibus in prima instantia pro Beneficiatis de anno 1574. summ. Benefic. n. 7.

Primus enim dixit, quod in Ecclesia S. Isidori Hispaleñ, vbi ipse residet non vidit dividere distributiones inter Parochos simplices, neque ad eos pertinere oblationes, & rationem reddit, quia nō erat in d. Ecclesia Rector simplex, & sunt formalia verba testis; Et cum non esset Parochus simplex in d. Ecclesia S. Isidori, iste testis non faciebat distributionem dictarum oblationum Parocho simplici, idemque in alijs Ecclesijs observatum testatur, quæ testis verba ita sunt clara, vt intentionem D. Archiepiscopi & Curatorum probent, ex dictione, Et cum, quæ est causativa ibi, cum non esset Parochus, non faciebat distributionem, l. si ita ff. de cond. & demonstr. l. Aquilius de dol. l. fideiussorem de fideiuss. Bart. in l. demonstratio, §. quod autem, in 3. col. ff. de cond. & demonstr. Dec. conf. 282, num. 11. Rot. decis. 300. num. 16. in fine part. 1. in recent. In iure enim argumentum à contrario sensu quod venit ex mente legis est validissimum, l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius cui mand. est, l. qui testamento la 2. §. mulier de testam. c. cum virum de regul. Bart. in repet. l. omnes populi de iust. & iur. Anchar. conf. 213. quod incip. pro ista parte instituto. Bart. in c. nullus de for. comper. idemque seruari in dicto testium Euerardus in loco à contrario sensu licet non ex inde deducatur falsitas ad puniendum testem num. 39. et text. in c. quod dicitur de verb. signific. vbi Ant de Butr. & Panormit.

Secundus testis neque de tempore, neque coarctando negativam, & sine copula, Et, deponitque tantum de Ecclesijs Ciuitatis, ad Ecclesias Dioecesis extendi non potest, cum limitata causa producat limitatum effectum l. manumisiones de iust. & iur. l. in agris ff. de acq. rer. dom. Neuiz. conf. 52. num. 34. Surd. conf. 195. num. 8. affirmatiuè vero dicit deberi Rectoribus simplicibus

cibus obuentiones, quæ ratione administrationis Sacramentorum dantur Vnimbellæ Capucci, & arræ, licet nō ex antiqua Consuetudine, & in hac esse quasi possessione.

Tertius, Nec probat quia eius depositio est vaga nimis, & non coarctat negativam de tempore, & loco Abb. in c. licet causa m. num. 25. vers. Item intellige, Gabr. de testib. concl. 4. num. 3. in princ. lib. 1. Farin. de oppos. contr. diu. test. quæst. 65. num. 221. & non deponit per copulam, & est singularis ad text. in c. causam & ibi glos. in verb. singulares extra de prob. c. bonæ il primo §. contra vero de elect. cum alijs per Farinac. ubi supra quæst. 64. num. 33. & non concludit quia de Ecclesijs particularibus nullam ex ipsis exprimit, neque ad omnes Ecclesias eius de positio referri potest, quia indefinita in testibus non æquipollent Vniuersalibus Gabr. de testib. concl. 4. num. 17. Seraph. decis. 893. num. 22. Mantic. dec. 95. num. 2.

Et cum non deponat, quod aderat Rector simplex præsens distributionibus cuius præsentia, & tolerantia necessaria videtur, prout etiam Archiepiscopi, ut illis præiudicaretur, illamque probare Beneficiati teneantur Felin. c. cum in iure peritus num. 8. & 10. de offic. de leg. Vant. de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. num. 45. cum seq. Mascard. de prob. concl. 493. num. 3. potius concordanda erit eius depositio cum primo teste, deponente, quod Beneficiati perceperunt, quia non aderat Rector simplex, nam si adfuisset à contrario sensu percepisset.

Alij testes pro parte Archiepiscopi examinati de anno 1586. summ. Benef. num. 8. minus releuāt. &.

Primus qui est. 7. iuxt. 49. non. percutit, nec specificat tempus litis, vel ante, & dicit, quod vidit inter Curatos, & Beneficiatos distribui obuentiones, præterquam, quando Ferdinandus del Toro, qui fuerat Servitor, & Curatus in Ecclesia oppidi del Pedroso, remansit simplex servitor, & distribuebat obuentiones cum Beneficiatis, Curatus verò percipiebat Vnimbellā, & Candelam, & prædictus Ferdinandus remansit simplex servitor per quinquennium, ante examen huius testis, ut in summ. respons. D. Archiep. num. 1. & sic percutit tempus 1580. vel 1581. de quo tempore lis pendebat, & ita non venit attendendus c. 1. vt lit. pend. in 6. Lancell. de attent. lit. pend. per tot. lim. 2. num. 58.

21. Ad 38. interrog. deponit, quod Curati percipiebant Vnimbellam, & Candelam, & Eleemosynas sibi oblatas, reliquas vero obuentiones percipiebant beneficiati, sed non coarctat, quod non perceperunt plusquam Candelam, & Vnimbellam, Et super 2. deponit, quod Curati receperunt obuentiones pro administratione Sacramentorum de toto tempore vitæ suæ ut in d. sum resp. Archiepisc. num. 2.

37. Qui est. 3. iuxta 49. deponit de Ecclesia de S. Lucar, quod simplex Curatus non percipit aliquid de obuentionibus, sed dividuntur inter Beneficiatos, & servitores, et quod ipse vna cū sex Curatis, qui pariter inserviebāt, divisit cum prædictis Beneficiatis, & videtur deponere de spatio 44. annorum sed sine Copula, Et, & nihilominus ad 36. Interrogatorum in Sum. resp. num. 3. dicit, quod Curati, qui fuerunt, et quos cognovit in dictis Beneficijs administrarunt Sacramenta, celebrarunt missas, et alia divina officia, et non intelligit, quod sit diversum vnum ab alio, et fuit Servitor, et Curatus, et proinde supradicta eius depositio est intelligenda quod Servitores dividerint obuentiones cum Beneficiatis, quia erant etiam Curati, et sic secundum Iuris dispositionem Aym. conf. 284. 6. & fuit dictum in alleg. Iuvenaceñ. Præminentiarum coram R. P. D. meo Cavalerio.

4. Qui est 48. iuxta 38. dicit, scire quod ad Curatum pertinet Vnimbella, & Candela & cera Benedictionum nuptialium, & quod Curati non se intromittunt in alijs obuentionibus, & ita observatur post mentionem, de his vero quæ ante fiebant notitiam nō habet. Dum dicit post mentionem, non percutit tempus ante litem motam, & super. 2. deponit, de obla-

oblationibus perceptis à Curatis absque contradictione, occasione Sponsa-
lium, & de eleemosynis de auditu summ. resp. num. 4.

Ni por-
los testi-
gos en la
causa de
el Conde
de Oliua-
res.

Neque testes examinati in causa, quam habuit Archiepiscopus cum Comite
de Olivare, quos facere magnam presumptionem fuit dictum 17. Iunij 1616.
& 3. Iunij 1619. hodie relevare dixerunt; Tum quia eorum depositiones
non sunt integræ d. sum. n. 9. & fuerunt repertæ penes Cappellan. maiorem
Comitis Olivares in proc. Compul. fol. 86. Tum etiam quia aliqui depo-
nunt percipi à Beneficiatis, aliqui quod percipiuntur à servitoribus Benefi-
ciatorum, qui Beneficiati quando serviebant suis beneficijs, erant etiam
Curati, prout Servitores eorum sum. n. 10. & sic percep-
tio præsumitur prout de jure, ratione administrationis Sacramentorum.
Tum denum quia præsumptio, quæ oritur ex dictis testibus, est vel supera-
ta, vel saltem conquassata, & elisa ex testibus pro Comite examinatis, ad cu-
ius favorem fuit & lata sententia summ. num. 11. ex alijs testibus numero
plus quam 130. inter singulos Beneficiatos, & Curatos examinatis, & ex
sententijs in eisdem causis ad favorem Curatorum promulgatis summ. n. 3.
quibus est multum deferendum Doct. in l. sape. ff. de re iud. quia colligitur
quod quoties evenit casus, fuit judicatum pro ista opinione; Ideo sententia
probat id super quo fuit pronuntiatum, prout per sententiam iuris decimã.
di. tenuit Rota in Mediolanens. Decimarum de Varisio Lunæ 30. Martij 1615.
coram. R. P. D. meo Pirovano inter recent. decis. 673. num. 1. par. 2. &
maior est præsumptio, quæ ex maiori numero testium, & sententijs oritur,
c. in nostra 32. de testib. l. licet causam 9. vers. ex præmissis de prob. l. ob
carmen 21. §. si testes, vbi gloss. verb. Impari ff. de Testib. Rot. in recent.
decis. 536. num. 2. part. 2. Maximè quando pro eorum depositione stat iuris
assistentia Felin. in c. Auditus num. 23. de præscript. Gabr. de testib. concl.
4. num. 23. & 29. & fuit dictum in hac eadem causa in alleg. decis. 511. part.
1. num. 7. & in decis. 536. num. 2. part. 2.

Ni por-
los de la
execucio
del Bre-
be.

Minus suffragantur testes Examinati pro executione Brevis Gregorij
XIII. de quibus summ. Benefic. num. 5.
Quia sunt examinati extra iudicialiter, lite pendente, & deponunt de tẽ-
pore examinis nempe de anno 1584. de quo tempore lis pendebat, non sunt
formiter extracti, & sunt copia copiarum.

Ni por-
los de la
remisso-
ria en el
primer
examẽ.

Nec tandem relevare visum fuit Testium depositiones vigore remissio-
rialium à Rota habitatum, Quia novem primi examinis sunt nulliter exa-
minati, ut firmavit Rota in hac causa sub 16. Ianuarij 1618. & ideo non
probant. Cresc. decis. 2. de testib. Rota in recent. decis. 413. num. 3. p. 2. Eo
magis quod viri non sunt repetiti iuxta ordinem Rotæ, & interpellationem
pro parte D. Archiepiscopi factam, summ. num. 7. & de mortuis ratio quæ
habenda esset, fuit arbitrio DD. reservata, qui ex infra scriptis arbitrati sunt,
non esse fidem aliquam adhibendam.

Primus in summ. num. 10. super 4. Quoad obventiones deponit de visu
ad favorem Curatorum, & de auditu ad favorem Beneficiatorum; Ideo ad
Beneficiatorum favorem non probat, maximè in actu de recenti, c. licet ex
quadam de Testib. Matt. cons. 170. num. 1. Farin. de testib. quæst. 69. nu. 1,
Caput. dec. 278. par. 3. & deponit indefinitè de ecclesijs Civitatis, ut non
possit inferri ad omnes ecclesias Civitatis, & Dioc. Hispalens. quia indefini-
ta in testibus non æquipolent Universalibus Abb. post Innoc. in c. auditis
de præscript. Alex. cons. 110. lib. 1. Dec. in l. contractus de reg. iur. num. 25.
vers. & ideo Gabr. de testib. concl. 4. num. 71. Mantica. decis. 95. nu. 2. Rot.
diu. decis. 17. num. 5. parte 1. Seraph. decis. 893. num. 22.

Secundus super 4. deponit a 40. annis, et cum fuerit Examinatus de anno
1613. non percutit nisi tempus 1573. quo tempore lis erat cæpta, et sic non
probat c. licet ex quadam ibi ante litem motam vbi Abb. num. 3. de testib.
Corn. cons. 62. num. 13. lib. 1. Caput. decis. 9. part. 2. deponit de sola Ecclesia
S. Iacobi. Civitatis Ispalens. et repetitus in Iudicio criminali, red arguit de
falso

15
falso scripturam Notarij remissorialis, asserendo non deposuisse, prout fuit scriptum sum. Archiepisc. num. 8. & nulla alia facta declaratione, mortuus est, vita secundæ depositionis potius stat, dum sit. Menoch. de arbitr. cas. 108 nu. 21. & 27. vel saltem ex 2. dicto, debilitatur primum, Farin. cum ibi alleg. de opp. contr. test. quæst. 66. num. 164. & 226. Aut neutri dicto standum est Aym. conf. 13. num. 3. & conf. 74. num. 3. Gabr. tit. de malefic. concl. 29. num. 1. eo magis quia erat pauper mendicus, obiit in hospitali pauperum, summ. Archiep. nu. 8. Gabr. de testib. concl. 48. Mascard. de probat. concl. 1356. num. 36.

Tertius Qui est 6. super 4. & 5. de oblationibus quæ offeruntur in Baptismis & Sponsalitijs, non deponit nisi de duabus Parochijs S. Magdalensæ, & S. Ioannis, & dicit circa iura quæ dantur pro Sponsalitijs, quod ignorat quis perceperit, & nihilominus dicit, quod oblationes quæ afferuntur in Sponsalitijs, percipiuntur à Beneficiatis, & videtur propterea involui, & contrariari, Est vnicus, & singularis ex tribus mortuis, cum non habeat Contestem ante litem motam. c. licet Vniuersis, de testibus c. admonere 33. quæst. 2. l. Iuris iurandi C. de Testibus & restringitur explicitè ad solas oblationes Baptismorum in dictis duabus Ecclesijs, vltra quod nullitas Examinis non suppletur per mortem, ne plus credatur voci mortuæ quam vivæ. Imol. in l. nuda 14. ff. de donat. Rot. diu. decis. 781. num. 13. part. 1. Aret. conf. 63 num. 1. vers. vtrum autem Natt. conf. 394. n. 24. Hond. conf. 101. num. 12. lib. 1. Farin. de Testib. quæst. 72. n. 133. Concurrentibus præcipuè nullitatibus consideratis in decis. facta coram R. P. D. meo Pamphilio 16. Ianuarij 1618. quia nec adminiculum facere tradunt Mars. sing. 385. Rol. conf. 3. num. 48. & seq. lib. 3. Socin. conf. 118. num. 8. lib. 1. Grat. conf. 58. num. 41. lib. 2. Menoch. de arbitr. casu. 99. num. 7.

Alij testes 2. Examinis in vim remissorialium fuerunt pariter declarati nulli, & suspecti de falso vt in hac causa Rota resoluit 11. Martij & 9. Decēbris 1620. ita quod pro sanatione nullitatum DD. neq; arbitrium impartiri voluerunt, & propterea nullum faciunt Inditium, Cres. decis. 2. de testib. Caput. decis. 208. num. 8. p. 1. & licet consideratione Dominorum fuerit reservatum, quanta fides adhibenda esset, attamen in proposito non relevare placuit ex supradictis.

Confessiones Archiepiscoporum, vna fuit deducta ex narrativa Brevis Gregorij XIII. à bon. mem. Cardinali de Castro tunc Archiepiscopo obtēti de anno 1584. in summ. Beneficiat. num. 1. quam confessionem iunctis adminiculis præiudicare etiam successori dixit Rota 17. Iunij 1616. coram R. P. D. meo Pamphilio, sed nec suffragari ad effectum præsentis disputationis dixerunt Domini, quia non percutit tempus litis motæ, & potest verificari in perceptione de facto decis. 511. par. 1. in recent. & facta ad vnum finem non debet trahi ad alium. Surd. conf. 311. num. 67. & conf. 351. num. 62. & conf. 425. num. 21. lib. 3. Rota in Romana seu Anagnina Cambiorum Lunæ 11. Decembris 1616. coram R. P. D. meo Decano & tandem quia fuit impugnata per Beneficiatos sub Sixto V. à quo obtinuerunt commissionem obreptionis directam Cardinali Blanchetto Rotæ Auditori, vt in summ. resp. Archiepisc. num. 5. & propterea illa invari non possunt Surd. decis. 196. num. 2. Rota in recent. d. decis. 511. num. 5.

Alia confessio deducta ex articulis datis pro verificatione dicti Brevis, & eius effectuatione, nec suffragatur, quia articulans non fatetur, Abb. in c. cum Venerabilis in fin. de excep. Alex. conf. 70. li. 2. col. pen. vers. præterea Ioan. Andr. in c. fin. de Iur. iur. lib. 6. Ant. de Butr. & Doct. in c. fin. de Confess. & patitur easdem exceptiones, quæ militant in Breui prædicto.

Nec obstat Confessio aducta expositionibus, & articulis datis in causa Com. Olivares in summ. Benef. num. 12. quia sunt præsentati per Procuratorem, qui sine speciali mandato præiudicare nō poterat Rota Maceraten. decis. 139. Mohed. decis. 15. de rest. spol. sunt ad alium finem, & inter alios,

H

Alciat.

*Ni por
los de el
segundo*

*Ni por
las cōfes
siones de
el señor
Carden
al de
Castro.*

Alciat. in l. § si quis ita ad fin in 2. lect. num. 4. ff. de verb. oblig. & fuit dictū in allegata Romana seu Anagnina Cābriorum, & non videntur positiones sed articuli directi testibus, & per modum Interrogatoriorum ibi, An sciat Beneficiarios percipere &c. Ex quibus propterea nihil affirmari potest quia articulans non fatetur ex supra alleg.

Adminicula neque relevant quia solutiones subsidij & excusati summ. Benefic. num. 16. Sunt de anno 1615. & 1616. lite pendente.

Litteræ missivæ aliquorum Curatorum sunt scriptæ de anno 1612 nec sunt recognitæ & sunt Scripturæ privatæ, quæ fidem non faciunt præcipuè non recognitæ. c. 1. & ibi gl. & Doct. Verb. authentica de fid. Instr. Rot. in recent. decis. 158. num. 7. p. 2.

Ex quibus omnibus fuit conclusum, quod istæ singulæ probationes omnes imperfectæ non possunt recipere adminiculum, ut fuit dictum in Lucana Canonicatus 2. Decembris 1620. & 22. Martij 1621. coram R. P. D. meo Remboldo, & in eadem sub die 19. Nouembris 1621. coram R. P. D. meo Buratto; eo magis quod stante Iuris alsistētia ad favorem Curatorum, Beneficiarij indigent plena probatione. Capic. decis. 209. num. 5. Menoch. de retin. remed. num. 589. Caput. decis. 196. num. 4. part. 1. Gabr. de testib. concl. 4. nu. 23. & 34. & seqq. & in Concurso possessio Curatorum Titulata præferenda est c. licet causam & ibi Felin. num. 9. vers. quarta causa de probatione. Alex. cons. 88. num. 9. lib. 5. Verall. decis. 336. part. 2. & in recent. decis. 480. num. 3. part. 1.

Nu. 18.

Librose
el mada
mieto de
manutē-
cion por
las obla-
ciones sa-
cramēta-
les.

EN 19. de Março de mil y seyscientos y veynte y tres, se librò el mandamiento de manutencion à favor de el se-
ñor Arçobispo y Curas; que es el que se sigue.

SERE



16

SERENISSIMO, ET POTENTISSIMO, AC
Catholico Principi & D. D. Philippo ab Austria divina favente
Clementia Hispaniarum, vtriusq; Siciliae & Portugaliae Regi,
Mediolani, ac Luxemburgi Duci, Flandriae, ac Burgundiae Co-
miti, Regnorum Ducatum, coeterorūq; Dominiorum vestro-
rum foelicis prosperitatis augmētum: nec non Illustriss. & Re-
verendiss. D. Archiepisc. Tolerano, & quōrum cumq; locorum ordinarijs,
ipsorumq; Vicarijs, seu officialibus generalibus, Curiaeq; causarum Camerae
Apostolicae generali auditori, eiusq; viceauditori, seu locum tenenti: vniver-
sis quosq; dominis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiacono-
nis, scolasticis, Cantoribus, Thesaurarijs, succetoribus, sacristis tā Cathedra-
lium, quam Collegiatarum Canonicis, Parrochialiumq; Ecclesiarum Rec-
toribus, seu locum tenentibus: eorundemq; plebanis, viceplebanis, capella-
nis, Curatis, & non Curatis: ac monasteriorum, ordinum quorumcumq; Ge-
neralibus, Provincialibus, Ministris, Prioribus, Vicarijs, Guardianis, fratri-
bus, monachis S. Ioannis Ierosolymitani, B. Mariae Theuthonicorum, & S.
Iacobi de Spata Magistris, Comēdatoribus, Praeceptoribus Baylijs, eorūq;
nec non Praedicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini, & B. Mariae
Carmelitarum, ac aliorum ordinum quorumcumq; domorum, ac conven-
tuum fratribus regularibus, ac conventualibus exemptis & non exemptis,
coeterisq; presbyteris, ac Clericis, Notarijs, ac Tabellionibus publicis, ac
fructuum, reddituum, ac proventuum Camerae Apostolicae collectoribus,
& subcollectoribus pro tempore existentibus quibuscumq; per dictorum
Archiepiscopi, & Episcoporum Provincias, Civitates, ac alias vbilibet
constitutis, & eorum cuilibet insolidum: Nec non Illustribus D. D. Princi-
pibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Potestatibus, Con-
sulibus, Scabinis, Iudicibus, ac Curiarum quarumcumq;, tan spiritualium,
quam temporalium, terrarumq; Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Villa-
rum, Vniversitatum quarumcumq; maioribus, ac Praefectis, nec non serviē-
tibus clientibus, scribis, preconibus, officialibus, caeterisq; D. D. ac personis
quibuscumq; iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per
se, vel alios mediatē vel immediatē vbicumq; pro tempore exercentibus
vbicumq; constitutis, & eorum cuilibet insolidum; Ac praesertim R. R. D. D.
Abbati, ac vniuersitati Beneficiatorum civitatis, & Diocesis Hispalen. Om-
nibusq; alijs, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quo-
modolibet infuturum, quibuscumq; nominibus censeantur, & quacumq;
praeferant dignitate, Balthasar Sebastian Navarro de Arroita iuris utriusq;
Doctor, Sanctissimi D. N. Papae Capellanus, & ipsius sacri Palatii Apostolici
causarum, causarq;, & causis Auditor, & iudex Commissarius à Sanctissimo D.
N. Papa specialiter subrogatus, & deputatus in locum R. P. D. fabricij Ve-
rospij Rotae auditoris, & iudicis, salutem in D. nostrisq; huiusmodi, imo ve-
ri⁹ Apostolicis firmiter obedire mandatis. **N O V E R I T I S** quod alias in-
troducā litā & causā inter illustriss. & Reverendissimum D. Archiepisco-
pum Hispalensem, & Curatos civitatis, & Diocesis Hispalensis de & super
primitijs & obventionibus civitatis, & diocesis Hispalensis, rebusq; alijs in
actis causae, & causarum huiusmodi latius deductis ex una. Et R. R. D. D.
Abbatem, & universitatem Beneficiatorum civitatis & diocesis Hispalensis
partibus ex altera, coram Illustrissimo & Reverendissimo D. bonae memo-
riae Cardinale Blancheto tunc Rotae auditore. deinde ob eius promotionē
ad Cardinalatus dignitatem, coram Illustrissimo, & Reverendissimo D.
bonae memoriae Cardinale Lancelloto, tunc Rotae auditore, in eius locum
suffecto, cui ob eius promotionem ad Cardinalatus dignitatem, fuit subro-
gatus Reverendissimus D. Ioannes Baptista Pamphilius, ob cuius discessum
ab vrbe ad civitatem Neapolim, Reverendissimus D. Fabritius Veropius
suffectus ante dictorum bonae memoriae Blancheti, & Lancellotti Rotae
auditorum causas inter dictas partes reassumpsit; ob eiusq; ab vrbe discessū
ad

